P-2107/14

In Dei Nomine Amen. Noverint universi quod Anno a nativitate Domini Millessimo Quingentessimo octuagessimo quarto die vero que computabatur quinta mensis octobris apud civitatem Cesarauguste regni Aragonum et in aula superiori domus diputationis eiusdem regni ubi curia domini Justicie Aragonum solita est celebrari ac hora celebrationis eiusdem ac coram Illustri domino Lazaro de Orera iuris perito locumtenente Illustrissimi domini Don Joannis de Lanuza et de Gerellos militis Maiestatis domini nostri Regis consiliarij ac Justicie Aragonum in Judicio pro honoris et pro tribunali sedente causas publice a more solito audiente decidente et determinante ac hora illius celebrationis assueta personaliter constitutus comparuit discretus Hieronymus Garcia notarius causidicus ut procurator et eo nomine magnificorum Juratorum concilij et universitatis ac singularum personarum vicinorum et havitatorum ville de Sarinena habens et tenens suis in manibus quoddam regium privilegium confirmationis alterius regij privilegij populationis dicte ville de Sarinena manu potentissimi domini Alphonsi Regis Aragonum firmatum pargameno exaratum sigilloque cera rubea impresso cum cordulis sericis rubei croceique colorum impendenti sigillatum alijsque solemnitatibus roboratum non cancellatum nec in aliqua eius parte suspectum sed omni prorsus vitio et suspitione carens prout in eius prima facie apparebat infrascripti thenoris illud in eadem plena curia me notario et testibus infrascriptis presentibus exhibuit atque presentavit et eidem domino locumtenenti ad videndum legendum et recognoscendum tradidit et liberavit cumque dictis eius principalibus ut asseruit expediat de dicto originali privilegio confirmationis dicti regij privilegij superius recitatum in diversis partibus et tribunalibus et coram diversis Judicibus se iuvare timeantque si dictum originale privilegium confirmationis dicti regij privilegij huc et illuc transmitteretur posset faciliter amitti perdi et dilacerari presertim propter illius vetustatem in futurum aliquod incomodum verisimiliter subsequi posse. Idcirco petijt et supplicavit eidem domino locumtenenti quatenus dictum originale privilegium

confirma

GOBIERNO DE ARAGON

Confirmationis dicti regij privilegij in libro sive registro actuum Commu
nium presentis Curie inseri transumi et exemplari et inde in publicam
transumpti formam redigi sigilloque eiusdem Curie impendenti sigilla
ri mandaret dictumque transumptum authorizaret eidemque suam
et dicte Curie authoritatem pariter et decretum judiciale impen
deret et impartiret et dictus dominus locumtenens dictum privile
gium confirmationis dicti privilegij regij ad manus suas accepit illud
que vidit legit et recognovit diligenterque inspexit et quia integrum
sanum non viciatum non cancellatum nec in aliqua sui parte sus
pectum sed omni prorsus visibili vitio et suspitione carens ac in sua
vera et originali forma reperijt. Ideo illud in libro sive registro
actuum Communium iam dicte Curie transcribi transumi et ex
emplari mandavit illudque in publicam transumpti formam redigi
et sigillo eiusdem Curie sigillari iussit atque mandavit, ipsumque autho
rizavit et eidem suam et dicte Curie authoritatem pariter et decre
tum impendit et impartitus est, voluit quod et decrevit quod huius
modi transumpto publico cum dicta originali confirmatione dicti
privilegij regij in pede ipsius fideliter de verbo ad verbum collationa
to fides plenaria et indubitata ubique locorum in judicio et extra judi
tium adhibeat et debeat adhiberi, et qui dicto originali privilegio con
firmationis adhiberetur si lucere realiter et originaliter prout supli
catur exhibitum vel ostensum foret cuius quidem privilegij confir
mationis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. NOS AL
PHONSUS Dei gratia Rex Aragonum Sicilie Valencie Maioricarum
Sardinie et Corsice Comes Barchinonie Dux Athenarum et Neopatrie ac eti
am Comes Rossilionis et Ceritanie Visso quodam translato autentico cuius
dam privilegij per serenissimum dominum Ildephonsum Regem Arago
num predecessorem nostrum memorie laude digne concessi omnibus homi
nibus de Sarinena sub forma sequenti. Noverint universi quod anno
Domini millesimo trecentesimo tricesimo videlicet die lune tertio
Idus februarij coram venerabili domino Roderico Sancij Justicia Sarinene
comparuit Jacobus Fenos procurator hominum universitatis ville Sari
nene cum instrumento procurationis confecto nono kalendas octobris
era M. CC. LXVIIJ per Iohannem de Rebus notarium dicte vi

lle et

lle et ostendit quoddam privilegium continentiam domini Re
gis Ildefonsi inclyte recordationis dicte ville et populatoribus eiusdem
concessum non rasum non viciatum non abolitum nec in aliqua
sui parte suspectum et proposuit quod homines dicte universitatis habe
bant iuvare de dicto privilegio in iudicijs et extra et quod esset periculo
sum dictis hominibus ducere ipsum privilegium quia posset amitti
quod esset maximum damnum dicte universitati ideo requisivit
dictum Justiciam quod de dicto privilegio faceret fieri transumptum
in formam publicam cum quo ipsi homines possent se iuvare in iu
dicijs et extra quotiens eis esset necessarium et dictus Justicia visa dicta
requisitione attendens periculum et damnum quod posset evenire
dicte universitati si dictum privilegium amitteretur quod de
facili posset amitti mandavit fieri de eodem privilegio tran
sumptum in formam publicam nihilo addito nihiloque remotto
cuius quidem privilegij tenor talis est. IN XPI Nomine notum
sit omnibus hominibus quod ego ILDEPHONSUS Dei gratia Rex
Aragonum et Comes Barchinone et Marchio Provincie facio hanc
cartam donationis et confirmationis vobis omnibus hominibus de Sa
rinena qui modo ibi estis vel in antea ibi veneritis populare placuit
mihi libenti animo et spontanea voluntate et propter amorem quod
populetis et habitetis ibi dono et concedo vobis omnes terminos de
Sarinena heremos et populatos cum montibus et pascuis et aquis
et silvis et sotis et cum omnibus introitibus et exitibus suis integriter
et cum omnibus pertinentijs que ei pertinent vel pertinere debent
sicut unquam melius habuit in tempore sarracenorum vel christia
norum vel aliquo modo habere debet totum integriter habeatis
et laboretis et expletetis vos et posteritas vestra ad vestram
propriam hereditatem pro facere inde totam vestram volun
tatem in perpetuum. Et dono vobis quod habeatis totos illos foros
de Cesaraugusta bonos et non malos et non donetis neque fa
ciatis ullo homini ullam causam nisi decimas et primitias Deo

Et non

GOBIERNO DE ARAGON

et non debis fe damni sedafe in totam meam terram. Simili-
ter Dono vobis terminos. Inprimis Alcherola cum omnibus suis
terminis et sicut vadit ad illa penna tallata que est super sode
to et sicut vadit per directum ad illa torre de Sauanas cum toto
valle putrida et deinde sicut vadit ad caput de ipsa serra de Cella
mestra et de ipsa serra inter sicut aquas currunt contra Sa
ranienam et sicut vadit per directum ipsa serra de Sellamea
stra usque ad las Almelas et deinde sicut vadit ad Almoella
totum in intus et sicut vadit per directum ad ipsum caminum
qui transit per Borja Lator sicut aquas currunt contra
Saranienam et sicut vadit ipsum caminum per directum
usque Borja Laroz et sicut vadit et exhit ipsum caminum
usque ad Benalua et sicut vadit ad valle Fabian et exhit
ad ipsos Germanellos qui sunt ante Xixena et sicut exhit
ad ipsam Torremia et vadit exhit ad ipsam foratata et si
cut vadit ad ipsam torre de ipsa Ventosa et sicut va
dit ad Alficon de Ballara et sicut vadit per directum
usque ad flumen de Alcanadre et sicut vadit ad podio me
ler et sicut vadit et exhit ad illa Voltoera et sicut ista
predicta afrontationes et terminos includunt et divi
dunt dono et concedo vobis et vestris totum integriter quan
tum ego ibi habeo et habere debeo vel ad mea voce regale per
tinet vel pertinere debet sicut superius scriptum est ad
vestram propriam hereditatem profaccere inde totas ves
tras voluntates in perpetuum. Similiter Dono et Concedo
vobis que faciatis acequias quantas plus potueritis in Alcana
dre et in Ysola et totam ipsam terram quam potueritis rigare
de istas acequias ~~et~~ infra predictis terminis qui unquam
non fuerint rigatas de acequia et vos potueritis rigare et
habeatis et possideatis eas in perpetuum ad vestram
propriam

propriam hereditatem pro facere totas vestras voluntates.
Similiter Dono et Concedo vobis ut habeatis fustam in omnibus
terminis Aluitadopas (?) vestri et vestrorum supra scriptum
Vero dosum (?) et populationem dono laudo et concedo vobis et vestris
+et possideatis +sicut
ut habeatis totum integriter superius scriptum et francum
et liberum et ingenuum ad vestram propriam hereditatem pro
facere totam vestram voluntatem vos et filii vestri et omni gene
ratio vel posteritas vestra absque ulla contra salua mea fidelitate
et de omni mea posteritate in perpetuum. Signum Ildephonsi Re
gis Aragonum Comitis Barchinone et Marchionis Prouincie
Facta carta mense octobris apud Fragam Era millesima ducen
tesima octaua regnante me Dei gratia in Aragonum in Bar
chinona et in Prouincia. Episcopo Stephano in Osca. Episcopo Petro in Ce
saragusta. Episcopo Guillermo Petri in Lerida. Comite Arnaldus mi
ronis Pallariensis in Fraga. Reimundo de Erill in Cabadi (?). Pere
grini de Castellazuelo in Antinana et in Barbastro. Petro de Alca
la in Santo Stephano de Littera. Fortunio de Estada in Estatelle.
Sancio de Exta in Rotellar. Gallindo de Naia in Labata. Petro de
Araazuri in Osca. Arpa in Loarre. Lop Ferrench in Luna.
Betran de Sancta Cruce in Huesca. Sancio Mieros in Daroca.
Deus a Juda in Sos. Blasco Romeu Maiordomo Domini Regis in
Cesaragusta. Eximeno de Artusella Alferez Domini Regis. Galin
do Ximenez en Belchit. Petro de Castellazuelo in Calatayud. Pe
tro Ortiz in Aranda. Eximeno de Urrea in Epila. Artal in Alagon.
Blasco Maza in Borja. Fortunio Aznarez in Tarazona. Ego
Joannes Scriba Domini Regis precepto suo hanc cartam scripsi et
propria manu mea hoc signum feci. Actum fuit hoc loco dicto anno
prefixis presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis Bar
tolomeo de Buendia et Joanni de Ledruz notariis dicte ville Ta
razona. Ego Bartholomeus de Buendia notarius ut testis me
subscripsi. Ego Joannes de Ledruz notarius ut testis me sus
cripsi

GOBIERNO DE ARAGON

Scripsi Ego Sanctius de Atler auctoritate Domini Regis notarius publicus per totam terram et dominationem eiusdem Regis que ditioni subiectam necnon Curie dicte Ville de Sarinena qui mandato dicti domini Iustitie hoc transumptum ab originali privilegio de verbo ad verbum nihil addito nihilque remotto bene et fideliter translatavi scripsi et examinavi cum suprapositis in xi linea ubi legitur terminos et in xix linea ubi legitur et posideatis et in testimonium premissorum meum assuetum apposui sig+num. Supplicato que nobis humiliter pro parte vestri fidelium nostrorum proborum hominum ville Sarinene predicte ut privilegium sive cartam donationis et confirmationis in eodem translato contenta confirmare de nostra solita clementia dignaremur. Nos eidem supplicationi inclinati benigne privilegium sive cartam iamdictam et omnia et singula in eis contenta de certa scientia laudamus aprobamus ratificamus et confirmamus sic et prout melius eo hunc usque usi fuerint mandantes Gubernatori nostro generali eiusque vicesgerentibus Iusticiis Calmetinis Merinis ceterisque universis et singulis officialibus et subditis nostris dictorumque officialium locatenentibus presentibus et futuris quatenus laudationem aprobationem ratificationem et confirmationem nostras huiusmodi firmas habeant teneant et observent tenerique et observari faciant inviolabiliter per quoscumque et non contraveniant seu aliquem contravenire permittant aliqua ratione in cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam. Datum Cesarauguste vicessimo die Octobris anno a nativitate Domini Millessimo Quadringentessimo decimo octavo regnique nostri tertio. Sig+num Alfonsi Dei gratia Regis Aragonum Sicilie Valencie Maiorice Sardinie et Corsice Comitis Barchinone Ducis Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitis Rossilionis et Ceritanie. Rex Alphonsus. Testes sunt

Sunt Alphonsus Episcopus Seguntinus, Lanz, Fredericus Comes de Luna, Ioannes de Luna, Ioannes de Luna, Bernardus de Centillis et Reimundus de Periliis omnes milites. Sig+num mei Pauli Nicolai dicti Domini Regis secretarii qui predicta de ipsius mandato scribi feci et clausi. Corrigitur autem in lineis ii ostendit quoddam iii inclyte recordationis et xxvii apposui in grationem iii. Paulus Nicolai mando [illegible] in Consilio pro dicto [illegible] conf. D. Augustini Registrata. Quibus omnibus et singulis antedictis tanquam rite recte ac legittime factis predictus Dominus Locumtenens suam et dicte Curie authoritatem pariter et decretum interposuit presentis per thenorem. Que fuerunt acta loco die mense et anno in principio calendatis et recitatis presentibus ibidem pro testibus ad premissa vocatis et rogatis Magnificis Michaele de Lhero et Ioanne de Morellon notariis regiis et dicte Curie Cesarauguste habitatoribus. Sig+num mei Ioannis de Aro habitatoris civitatis Cesarauguste auctoritateque Regia per totum Regnum Aragonum publici notarii substitutique in Regentem quamdam ex scribaniis Curie Domini Iustitie Aragonum pro Magnifico Bartholomeo Sarate notario eamdem scribaniam pro dicto Domino Iustitia Aragonum principali regente qui huiusmodi instrumentum publicum transumptum a suo originali libro seu registro dicte Curie actuum communium eiusdem de anno millessimo quingentessimo octuagessimo quarto ubi continuatum existit extraxi et per alium scribi feci et cum dicto suo originali libro sive registro bene et fideliter comprobavi et in fidem et testimonium premissorum meo solito signo signavi mandatoque dicti Domini Locumtenentis sigillo dicte Curie impendenti sigillavi. Constat de suprapositis ubi legitur non rasum, actum ipso, et de duplicato ubi legitur Ioannes de Luna et a simili constat in presenti mea signatura de raso ubi legitur seu registro.

Sig+num mei Iosephi Urbani Castellanes habitatoris Ville de Sarinena auctoritateque Regia per totum Aragonie Regnum publici notarii qui huiusmodi copiam a transumpto dicti [illegible] privilegi-

orum extraxi bene fideliter et quantum opus fuit comprobavi. Constat de
emendatis ubi legitur, potentissimi, transmitteretur, impendidit, in
hereditatem, primicias, Bersalaros, sicut, taletis, collato jud, unos,
et constat de additis ubi legitur et possideatis, sicut, et constat simul de en-
mendatis ubi legitur, eum, totum, et de deleto ubi legitur interdictiones,
hos, in, et signavi [signum]

Traslado de un Privilegio del Rey D. Alfonso concedido a la Villa de Sariñena

Lig. 7 n.º 15